

Sebastian Schmidt    Stephan Andreae


## **Disputatio Theologica De Ecclesiae Catholicismo**

Argentorati: Spoor, 1657

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788066161>**

Druck    Freier  Zugang







75.



Fa - 1092 (75)







75

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.



Tomus hoc. **XXVIII** continentur:

1. Seb. Schmidii Commentarius in I Ep. Johannis B. 1688.
2. — Anal. et Paraph. Epistolae Jacobi Argent. 1685.
3. — De Fide mosaica circa Myst. S. Trinit. 1654.
4. — De Deletionis e libro Vita. 1655.
5. — De Inramentis ad Matt. V. et. xpm, eb. Argent. 1663.
6. — Invektivum Chnshi in Pharisaeos Jactu Matt. xv. 1661.
7. — De Didrachmis à Chnsto solutis. 1663.
8. — Fides miraculosa. 1680.
9. — De Ficu à Chnsto arefacta. 1662.
10. — De Merito. 1663.
11. — ad locum Jo. VIII, 25. 1661.
12. — ad locum Jo. VIII, 47. 1661.
13. — Resolutio brevis Cap. IX ad Rom. 1658.
14. — De Primitiv. Resurrectionis Chnsto. 1666.
15. — De Baptismo Super Mortuis. 1656.
16. — De Angelis in genere. 1662.
17. — De Peccato Origine. 1657.
18. — De libero Hom. Arbitrio in Spiritualibg. 1658.
19. — De libero Hom. Arbitrio in non Spiritualibg. 1657.
20. — Πίστις ἡ ἰσχυροτέρα. 1661.
21. — De Imputatione in opere Justificat. 1656.
22. — De Phrysi Indurare. et excecicare. 1655.
23. — De Ecclesia Catholicismo. 1657.

24.



24. Sebast. Schmidig de Suaby circa Saagam. Circumcis.  
Propositionibg. 1654.
25. —. De statu Beatorum in Vita eterna. 1675.
26. —. De Obligatione Form. Concordia. 1680.
27. —. Tractatg Talmud. Sebachim. cūstmot. 1662.
28. Jo. Frisimunt De Circumcisione Zippora. 1663.
29. —. De Eli Uli Lamah Sabai tani. 1663.
30. —. An Christus Annū Paschalem eodem cum Ind. tem.  
pore ederit. 1674. <sup>Tulay.</sup>
31. Balthazar Raithig de Cabala. 1662.
32. Guilielmus Bayer de Præda Robusto erecta Ina elygo.
33. Jo. Feikti Expositio Oraculi Ysaiani LIII. Argent. 1662.
34. Balth. Scheid de Protevangelio. Argent. 1650.
35. —. Jonac Propheta expositus. 1665.
36. —. Kikajon Jone. 1653.
37. —. Ad caput ultimum Ultimi Propheta. 1664.
38. Lud. Hennig Munsteri Animalia esu vetita  
Jone. 1687.
39. Zentgraff prolix. de eo quod Deum dicit. Argent. 1677.
40. Georgi Calixti Expositio literalis Epiphysior.

Pro M. Jo. Philippo Storrio  
1696. Heilbr.



23.

30.

29.

27.

31.

32.

2

21.

39.

4

Σὺν τῷ Θεῷ

DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

ECCLESIAE CATHOLICISMO,

QUAM

Luce & Duce Christo Ecclesiae Catholicae

Sponso

SUBPRÆSIDIO

Perquam Reverendi, Amplissimi  
& Excellentissimi Viri

DN. SEBASTIANI SCHMIDII,

Doctoris & Professoris THEOLOGI Celeberrimi, ECCLESIA STÆ summi templi Argentinensis ordinarii, Dn. Patroni, Promotoris ac Præceptoris nunquam sine veneratione nominandi.

Publica Disquisitioni subiicit

STEPHANVS ANDREÆ, Cibinio

Tranfylvanus, SS. Th. S.

Die Mens. Iulii

In Inclyta Argentinensium Academia

In Auditorio maiori.



ARGENTORATI,

Ex Typographéo FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LVII.



TABVLA SVPPLEX

In

Virtutis Sacratio ad aram Mnemosynes suspensa

Qua

*Viros Magnificos, Nobilissimos, Consultiissimos  
ac Prudentissimos Dominos*

DN. JOHANN. CHRISTOPHORVM  
TRAXTORFF, Liberae Argentoratensium Reipu-  
blica praetorem, maximè strenuum, Academiae Cancellarium  
gravissimum.

DN. JOHANN. JACOBVM MEYER,  
Consulem & Scholarcham meritissimum insignem li-  
terarum Fautorem.

DN. IOHANNEM WENKER, Consulem  
& Scholarcham meritissimum, literatorem Mœcena-  
tem magnum.

DN. JOHAN. MICHAELEM STAEM-  
LER, Consulem dignissimum.

DN. CHRISTOPHORVM STAEDEL,  
Consulem item gravissimum.

DN. MARTIN. ANDREAM König/ Tre-  
decim Virum prudentissimum.

DN. JACOBVM KIPS, Tredecim Virum  
item gravissimum.

DN. GEORGIUM REMVM, ad S. Marcum Curatorem  
meritissimum.

*Nec non plurim. Reverend. Amplissim. & Excellent.*

DN. JOHANNEM SCHMIDIVM, SS. Theol. Doct. Prof. Ordin.  
Conventus Eccles. Praesidem & h.t. Academiae RECTOREM.

DN. JOHAN. CONRADVM DANNHAWERVM, SS. Theol.  
Doct. Prof. Ordin. h.t. Facult. Theol. DECANVM.

*Dnn. Fautores, Patronos, studiorumq; meorum Promotores, pio  
semper, humilq; cultu obsequiosè colendos, in sui suorumq; stu-  
diorum commendationem submisit inquit ac sollicitas  
Stephanus-Andrea, Cibinio-Transylv. Auth. & Resp.*





Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi,  
Prudentissimi Viri

Nec non

Plurimum Reverendi, Amplissimi, Excellentissimi Augustanae  
Confessionioni invariatae addictissimi, Dn. Patroni, Fautores  
ac Studiorum meorum promotores, aeterna  
Generatione Dignissimi



Nni sunt abhinc quinque ex quo patriis laribus relictis  
inter ignotos peregrinorū, in solo degere coepi. quanti interea temporis  
quamq; variis, duris ac ancipitibus adversa fortuna periculis, exercitiis  
atq; expositus fuerim, prolixiorē hic Catalogum delineare nolo. Non  
quidem jactura rerum quarundam caducarum sum, umbra, & si quid  
umbra minus, bonorum scilicet fortuna, quasi ex Crasso Crasso in miserum  
degeneraverim, multo minus naufragia bonorum corporaliū, itidem incon-  
stantium ac vagabundorum, quasi nec manus nec pedes ulterius, ob virum demissionem  
potuerim suum peragere officium, enumeranda mihi essent: Sed illa tamen pro-  
lixē habere recensere pericula, quae inter Pontificios me circumdederunt impruden-  
tem: Imminebant, inquam, à Sacerdotibus scripturarum mangonibus, ab animarum pyra-  
stis, à spuria bicipitis illius monstri Antichristi progenie, cuius familiam graphicē de-  
pingsi D. Iohann. in Apocal. c. 13. v. 5. inquitens: Admirata est eum post bestiam univ-  
ersa terra &c. à recens exortis monachis Loiola factis Iesuiticis Ironice ita dictis. Ironi-  
cē, inquam: de his enim rectissime dixeris, quod olim Serapius Episcopus de sui seculi  
Archypocritis dixit: pro pellibus odium Christum induti dicunt quidem quod Non  
sunt, quod autem sunt dici nolunt. Sed suam improbitatem amictu nominis tegunt,  
qui com. une quidem nomen habent, student verò ut Christi nomen funditus deleant,  
qui contra IESV Militant; dum IESV Mincant &c. horum infelici sydere nato-  
rum hominum contumeliarum plaustra ob Orthodoxam nostram Religionem Luthe-  
rano Evangelicam aliquo temporis ambitu me agerrimē verferre oportuit. Cum enim  
anno peregrinationis meae primo statim in ipso anni exordio post anxias Gymnasiorum  
Scholarumq; triduanum Florentissimarum disquisitiones hac ratione optatissime fora  
studii mei consultum, (ut iudicium sibi relicta solet) arbitrarer, si ferula ac tyrocinis  
nominatorum Iesuitarum me submitterem, praesertim cum iam antea famam in-  
stituendi (verius decipiendi) in Monasterium Claudiopolitanum in Transylvania  
suis notum, festinando appelles, iamq; ibidem me Sots competentē eduxisset, relinq-  
studiorum in patria orsam, pertexere sperabam. At heu me, quem terra sustinet, infor-  
tunatissimum! quo tristissima sors miseriarum precipitem agebat, ad quos mundi-  
ces jam mea irritis vela concedita Ventis, Gehebant. Quanti homines isti calu-  
mnia onerant Ecclesiam nostram! Exprobrant tamen imprimis Religionis nostra O R-  
TUM, cui ut omnem amicitiam: islandem praeipiant, A catholicam edincant, non ar-  
argua



argumentationibus; sed inauditis sarcasmatum generibus, proscindunt. Quae cum  
omnibus (proh dolor!) Lutherano Evangelio probe etiam me tacente consent: hic per-  
censere dicitur super sedeo, progressus Disputationis cateroquin quadam in propatulo  
ponet. Hoc non omisso, quod Viri etiam horum telorum alte corda meo infixorum do-  
lore permotus: Magnif. Nobiliss. Consult. Prudent. Viri item Plurim. Reverend. Ampliff.  
& Excellent. August. Confess. invariata Praecones addictissimi, Fautores, Patroni ac  
studiorum meorum Promotores aeterna laude Dignissimi, inter al. as controversa ma-  
terias intricatissimas hanc non postremam de Catholicismo pro Viris pertrahere, ac  
Disquisitioni Eruditorum Virorum publica exponere constitui. Quod ergo opus hu-  
meris meis sane impar, dum ad exequendum aggredior Bono cum D.E.O. Magnif.  
Nob. Consult. Prudentiss. Viros item Plurim. Reverend. Ampliff. Excellent. Dn. Patronos  
Fautores, studiorumq. meorum Promotores, ea qua Clientes magnos suos Evergetas  
solet, veneratione obsequiose obtestor, atque rogo, ut in istis his, primisq. meis Theo-  
logicis futuris, nihil aliud me innuere posse asstiment; quam ut partim singularem ani-  
mi pietatem, Zelumq. in DEVM puriorem ac yvntius August. Conf. Religionem, Eccle-  
siamq. Filii DEI contestarer: partim sero ut humillimam submissionem ppe declara-  
rem, animiq. grati Maemosynon ostenderem. Vesant quippe amplissima, illa benefi-  
cia, qua plena manu mihi licet indigno ab ipsis sunt collata: setas & favor inasstima-  
bilis, quo me inde a teneris unguiculis estis complexi, ut cuiquam alii prius, quam vo-  
bis Magnif. Nobiliss. Consult. Prudent. Viris item Plur. Reverend. Ampliff. Excellent.  
simul etiam de Lutherano-Eyangelica Ecclesia Meritissimis, Dominis meis Patronis, ac  
studiorum meorum Promotoribus cordatissimis, tenuem hanc primitivorum meorum  
messera ac symboli loco esse volo, ut Magnif. Nobil. Consult. Prudent. Viri item Plur.  
Reverend. Ampliff. Excell. Domini Patroni, Fautores, studiorum meorum Promoto-  
res, summa mihi semper religione Observandi, cultu hilare adspiciant, fronte se-  
vena suscipiant: me meaq. studia ipsi clementer commendata habeant, iterum atq.  
iterum humilibus precibus intono. Ego interea lehodam supplicibus fatigare gemitibus  
nunquam cessabo, ut Magnif. Nobil. Consult. Prudent. Viros item Plur. Reverend.  
Ampliff. Excell. Dominos Patronos, Fautores, ac studiorum meorum promotores per-  
petum colendos: una cum nobilissimis ac Charissimis suis conjugibus & pignoribus a-  
deoq. universis familiaris, sospites ac florentes dsutissime conservare non dedigneretur.  
Scribam Athenis Alfatice prid. Cal. Maii anni Orbis redempti M DC LVII.

Vester

Ad preces & officia  
paratissimus

Client

qui supra,

Stephanus Andreæ Cibinio Transylv.  
S.S. Theol. Stud.



30.

29.

28.

31.

30.

21.

39.

4.



# I. N. I.

## DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

## CATHOLICISMO ECCLESIAE.

### Prooemium.



Uamvis Nos Ecclesiae Orthodoxae ac  
 Syncerae Lutheranae addicti, non minus  
 haecenus crediderimus; & constanter ad  
 ultimum usque halitum per DEI gratiam  
 credituri simus ac confessuri, juxta Symbo-  
 lum, quod vocamus Apost. Ecclesiam Vnam,  
 Sanctam, Catholicam, & Apostolicam, quam  
 papa, una cum spuria eius progenie jesuiti-  
 ca, Bellarmino, Tannero, Thoma, & aliis militibus primariis &  
 toto grege. Notum nihil ominus est, non tantum quantopere  
 impugnent, quibus diris & anathematis fulminibus totam sanam  
 doctrinam nostram confessionemque devoveant, quibus calu-  
 mniis, risibus, ac sarcasticis hinc inde detorsionibus eam excipiant  
 ac proscindant, quantis conatibus laboribusque severtere omnia  
 aditantur: sed & falsis ac supposititiis interpretationibus miserè  
 detorquere studeant, & in favorem pessimi ac fucati sui, quem sibi  
 arrogant, CATHOLICISMI, omnes, ubi aliquod modo vesti-  
 gium Catholici nominis reperitur, tum in Scriptura sacra, tum in  
 Patribus, locos dessectere, & in veritatis detrimentum ac sup-  
 pressionem, quicquid sive legere, scribere, facere, sive dicere pos-  
 sunt κακοὶ ἱστί λόγοι, rapere soleant. Enimvero infensissimi isti Ec-  
 clesiae hostes ac persecutores, fraudulentis his suis oppugnationibus  
 aliud nihil efficiunt, quam ut calcar, quod dicitur, addant currenti-

A

bus



3.

bus; nam quo magis veritatem cœlestem opprimere laborant, quo vehementiori impetu impugnant, hoc maiori ac ardentiori industria ac Zelo ad eandem veritatem defendendam, & ab ipsorum virulentis impugnationibus vindicandam nos inflammant ac incitant. Non enim committit Sponsus Ecclesiæ Christus, ut Sponsa sua adeo prematur ut nunquam, emergat: premi quidem permittit, sed opprimi nunquam; semper strenuos heroës, Duces, ac fideles Ecclesiæ præcones excitat, qui vel agonizantem suam Sponsam erigant orbamque solentur, & adversus munitissimos hostes tueantur. Cuius facti plenus est sacer Codex historiarum. Me non inter magnos quidem, & inter Heroes, sed ex discipulis unum, tamen moverunt præter cæteras varias Pontificiorum Calumnias, quas plenis buccis in nostram evomunt Ecclesiam Catholicam, inanes ac Ironicæ illæ de Catholicismo jactationes ac persuasiones, breves aliquas conscribere theses, easque publici juris facere de Interna Ecclesiæ Affectione, CATHOLICISMO, easque Examine ac Disquisitioni publicæ proponere. Præstent id copiosius, quibus sive de facultate excellentiori sive zelo ardentiori sive necessitate prægnantiori fors gloriari concesserit. Ego in eodem negotio pro modo & more Academico pertracturus hac vice me exercebo, & vocabulum Catholici pro ingenii tenuitate (novi enim quam sit incultum) penitus introspiciam, & quousque diligentia mea penetrare potero, accuratius considerabo, vocabuli in primis Originem, rem & usum indagando; & deniq; Heterodoxian pontificiorum dissipando. Quod felix faustumq; sit. Annuat auspiciis, gratiis adspiret, pietatis adminicula moderetur, subsidia roboret, consensum tueatur, nutus confirmet, nos denique auspiciis, gratiis, pietatis adminiculis, subsidiis, consensu nutuque ita gubernet ille, in cuius honorem institutum nostrum dirigimus, DEVS unus, summa Trias, ut omnia præmeditata, cogitata & acta, in sacri nominis gloriam in primis, Ecclesiæ salutem, proximi ædificationem, & nostrum denique emolumentum vergant, Amen.

THESIS I.

6.

CÆterum ante omnia nobis nomen CATHOLICI dispiciendum venit. Origine hoc vocabulum Græcum esse adeoque ἀπό τῆς ἑλλ., à totodeductum, nemo nisi in hac lingua hospes negaverit,



rit, cui si addatur præpositio *κατά*, *juxta*, significabit *juxtatorum*, unde porro contractione in unum vocabulum facta, remoto *saltem* & propter concursum vocalium, sonabit *καθόλου* in *universum*, unde porro *καθολικὸν* *Universale* dicendum esse notius est, quam ut in testibus conquirendis desudemus.

II. Fundamentum aut, si mavis, Autoritatem vocabuli cum in Scripturis nusquam expresse legatur, Conf. *Exeg. Menz. Aug. Conf. pag. 297.* ad symbolum, quod vocatur Apostolicum, & Nicenum referre non dubitant quidam, in quibus ille extat Articulus, Credo Ecclesiam unam, Sanctam, Catholicam &c. Sed dubium adhuc à nonnullis panditur velum: An Apostoli ipsimet hoc vocabulum Symbolo suo (si modo ipsorum est) inseruerint, antequam universo terrarum orbi Evangelium annunciaissent: cum τὸ καθολικὸν clare diffusionem & dispersionem fidelium designet. *Racianus* (ut alias dubitandi rationes nunc præteream) in libro de nomine Catholico refert, Apostolorum tempore neminem vocatum fuisse Catholicum, quicquid verò sit; attamen quia toties Apostoli conditionem Ecclesiæ N. T. ex ore sui ipsius Magistri auditione peceperunt, eam non ut in Veteri Testamento angustiis Judææ limitibus coarctandam ac circumscribendam esse: sed plantandam ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, Matth. c. 24. ἐν ὅλῃ τῷ κόσμῳ, Matth. 26. v. 1. εἰς ὅλον τὸν κόσμον, Marc 14. v. 19. nulli dubitamus vocabuli autoritatem ipsis etiam adscribere Apostolis.

III. Ad rem ipsam ut jam accedamus, Quæritur primò: An Nomen Catholici sit Ecclesia sive Nomen sive Epitheton? ubi nos Negativam ex certis rationibus amplectimur. Rationem primam desumimus à confessione fidei Apostolicæ, & dicimus: Fidei confessionem non esse nudorum hominum, sed rerum certitudinem fidei exhaurientium, Apostoli ergo & Apostolici viri si in Symbolo suam profiteri voluerunt fidem (prout dubio procul voluerunt) certum est eos, non nuda nomina, sed rem ipsam fidei confiteri debuisse. Rationem secundam desumimus ab autoritate Apostolorum, sane Apostoli si voluissent, vocabulum hoc esse Ecclesiæ nomen, vel se ipsos aliquando, vel Ecclesias abs se plantatas Catholicas appellassent, jam verò hoc usque adeo nusquam fecerunt, ut ne tum quidem, quando lis & controversia ipsis



cum *ἐπεσθόξοις* Adversariis intercessit, fecisse deprehendamus. Et memorabile, nec Petrum excommunicantem Simonem Magum, Actor. 8. v. 20. neque Paulum cum Pseudo-Apostolis altercantem, Actor. 19. in Epistol. ad Gal. non denique ipsam Filium DEI, Nicolaitas & Jesabelem ab Ecclesia separantem Apocalyps. 2. v. 20. usquam Catholici nominis facere mentionem. Stat ergo invicta nostra sententia, vocabulum Catholici neque nomen neque Epitheton, Ecclesiæ constituere.

IV. Quæritur secundo Quare Ecclesia Orthodoxa dicatur Catholica? ubi dicimus Ecclesiam vocari Catholicam. 1. Ratione *quidditatis* suæ, ad differentiam cœtuum particularium: Quæ distinctio in sacro Codice est usitatissima, unde non raro distinguit Ecclesiam *τῆς οἰκουμένης* sive *ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ*, Matth. 26. v. 13. Marci 14. v. 9. Col. 1. v. 6. ab Ecclesia *κατ' οἶκον*, Rom. 16. v. 15. 1. Cor. 16. v. 9. Col. 4. v. 15. *κατὰ πόλιν*, Actor. 11. v. 26. cap. 1. 2. v. 1. vel etiam collecta in una aliqua provincia, Actor. 9. v. 31. 1. Cor. 16. v. 19. Eodem etiam sensu dicuntur quædam Epistolæ Catholicæ vel Universales; quia inscriptæ sunt non uni, aut pluribus tantum Ecclesiis particularibus, sed toti Ecclesiæ Catholicæ, vel universim omnibus ubivis in remotissimis etiam terrarum angulis degentibus credentibus. Eodem etiam modo denominatur doctrina Catholica, quam non unus aut alter duntaxat cœtus, sed tota Christianorum multitudo, omnes omnino fideles, finibus licet terrarum districtissimis uno ore profitentur. Vnde licet hic vel ille cœtus particularis hæresin aliquam foveat, ex multitudine tamen errantium non statim Ecclesia desinit esse quod antea erat, sed vi validarum promissionum Christi in tribus etiam vel paucioribus salvari potest eius Catholicismus. Verbo; nomine *καθολικῆς* admonemur hac differentia, non intelligendum esse cœtum quendam singularem, sed universalem, & ex multis singularibus collectum sine conditionibus individuantibus, ut loquuntur Scholastici, hoc, hic, nunc.

V. Appellatur 2. Ecclesia Catholica ratione *Quantitatis* suæ, ad differentiam Synagogæ cum primis Iudaicæ, certoque respectu etiam cœtus hæreticorum. hic aliquantulum exspatiari lubet, & *tres Universalitatis modos* penitus (siquidem pontificiis ita placet) considerare, non neglectis interea, tribus externis circumstan-

3.

5.



stantiis, ubi quando, & apud quos colligatur Ecclesia, quod etiam *Lyrinensis* digitum intendere mihi videtur, quando inquit: Catholicum est, quod semper, quod ubiq; & ab omnibus creditum est. & sane non malè. nam & nos cr. in *Vincentio Lyrinensi* eandem fovere sententiam per omnes tres circumstantias in sequentibus thesibus ostendemus. Parum autem Pontificiis patrocinabitur. Hæ potrò tres circumstantiæ altius ruminatæ, & ad justam Vniversalitatis expensæ trutinam, hoc modo se habent, ut prima Vniversalitatis nota Locum spectet, cuius respectu Ecclesia etiam dicitur Catholica, hoc est I. Ratione *status præteriti* seu *primari*, quia per Apostolorum prædicationem καὶ ὅλην οἰκουμένην Ecclesia est disseminata ac plantata juxta (1) *Vaticinia V. T.* accuratissime ab *Augustino* contra Donatistas lib. de unitate Ecclesiæ notata. Genes. 24. v. 18. c. 26. v. 5. cap. 28. v. 14. Psal. 2. v. 8. & Psal. 8. v. 2. Psal. 19. v. 5. Psal. 21. v. 28. Psal. 50. v. 11. Psal. 12. v. 8. Esa. 11. v. 9. c. 27. v. 6. c. 54. v. 1. & sequent. c. 60. v. 3. seq. Malach. 1. v. 11. (2) *Præcepta Christi*, Matth. 28. v. 29. Marc. 16. v. 15. Luc. 14. v. 46. seqq. (3) *Complementa*, Marc. 16. v. 20. Actor. 13. v. 46. Rom. 1. v. 8. Col. 1. v. 6. Rom. 10. v. 18. II. Ratione *status præsentis*, quia semper in præsentibus etiam Ecclesia quoâd locum est Catholica. *Sinon passivè* (hanc enim sortem, quasi in omnibus provinciis vel maxima orbis parte reperiatur, non semper Ecclesiam esse obtenturam, ut semper clarescat, Patet ex Matth. 24. v. 24. Luc. 18. v. 17. 1. Thessal. 2. v. 10. Apocal. 12. v. 6. 14. cap. 17. v. 2. 3. seq.) tamen (1) *negativè*, eo quod non sit alligata ad certum locum, non excludat ullam provinciam aut nationem, test. August. libr. de unitate Eccles. cap. 6. (2) *successivè*, quia licet non sit simul & semel in variis provinciis, subinde tamen successu temporis migrat de una in alteram, atque sic totum permeat orbem. (3) *participativè*, quatenus pars est Catholicæ Ecclesiæ, collectivè sumptæ, adeoque cum Ecclesia primitiva N. T. communicat per universum orbem dispersa. Addunt denique III. alii, quod etiam ita dicatur Ratione *status futuri*, quandoquidem adhuc Evangelium ante ruinam totius mundi sit prædicandum in universo orbe terrarum, sed quia autores sententiis hac de re variant, nos etiam temerè aliquid statuere supersedebimus. Cui tamen legere placet, potest Conf.

A 3 Volum.



Volum. I. Controv. de Antichrist. Disp. Antibellarm. Isaaci Froe-  
reisen. SS. Theol. D. ac Prof. Argent. quondam celeberrimi.

VI. Universalitas altera concernit **TEMPVS**, à qua Ec-  
clesia dicitur Catholica, idque quoniam ambitu suo complectitur  
omne tempus, præteritum, præsens & futurum. Illius enim re-  
spectu fuit semper inde ab exordio N. T. usque ad præsentia tem-  
pora, istius etiam nunc est, huius verò erit & durabit Ecclesia dum  
mundus stabit. Esa. 9. v. 7. Matth. 16. v. 18. 1. Cor. 11. v. 26. hoc saltem  
hic diligenter *ως εν παροδω* observandum est, inter nos & Pontifi-  
clos planè quoad rem Ecclesiæ, hoc est, perpetuam eius existèti-  
am, nullum esse dissensum, sed saltem quoad modum Existentiæ. Vtrin-  
que enim fatemur, quod Ecclesia ad hæc usque tempora semper  
fuerit: addunt verò papistæ, quod una semper fuerit conspicua &  
visibilis, qui modus est absurdus.

VII. Tertia Universalitas **PERSONAS** concernit, à qua  
Ecclesia similiter Catholica appellatur, eo quod omnes omnium  
generum personas admittat, omnesque gremio suo foveat juxta  
dicta Scripturæ, Act. 10. v. 35. Gal. 3. v. 28. Ephes. 2. v. 21. Col. 3. v. 11.  
Per hanc itaque Rationem Secundam à quantitate petitam,  
Catholicismo discriminatur Ecclesia (1) à Veteris Testamen. Sy-  
nagoga Iudaica, utpote ordinariè limitibus Palæstinæ circumscri-  
pta ac coarctata, & ad certum locum, nempe Templum Hiero-  
solymitanum alligata. (2) ab hæreticis populus noster segregatur  
hac appellatione, dum Catholicus juxta Pacianum in Epist. ad  
Sempron. idem est, qui & justus obediens est, & qui obediens, idem  
est Christianus, atque ita Catholicus Christianus.

VIII. Tandem denique tertio dicitur Ecclesia Catholica  
Ratione *qualitatis* suæ; leuius respectu specificè ab omnibus Hete-  
rodoxorum cætibus discernitur, consistit enim in constanti susce-  
ptione & professione universæ fidei ac doctrinæ scriptis Propheti-  
cis & Apostolicis comprehensæ ac posteritati traditæ. Quo signi-  
ficatu Catholicum idem est quod orthodoxum. Qui enim sincere  
& intemerate omnia, quæ in verbo DEI credenda ob oculos  
ponuntur, credit, ille sanè ex censu orthodoxorum exturbari nullo  
jure potest, nec debet. Qua in parte nobiscum consentientem  
habemus *Cyrillum Alexandrinum* cap. I. Fid. Cathol. qui Ecclesiam  
nomi-



30.

29.

28.

27.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

17.

16.

15.

14.

13.

12.

nominari καθολικῶν, inquit, διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλιπῶς  
 πάντα εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων εἶλθῃν ὀφείλοντα : hoc est, quia doceas  
 Universaliter ac perfecte omnia dogmata, quaecunque homines tenen-  
 tur cognoscere. Itemque Lactantium lib. 4. de vera Sapient. cap. 30.  
 Sola, inquit, Ecclesia Catholica est quæ verum DEI cul-  
 tum retinet. Hinc Chrysostomus Hom. 7. per quam scitè & appo-  
 sitè in Matth. refert: Si videris hominem Christianum, si  
 confessio eius conveniat cum Scripturis, si sic, tum ve-  
 rus est Christianus.

IX. Hanc ergò vocis Catholicæ significationem etiam si  
 citra ullius rationis pondus papistæ partim respuant, partim fuca-  
 to sensu opponant, partim denique, idque maxima pars illorum sic-  
 co planè pede prætereant, cum S. Scriptura & S. Patrum Orthodoxo-  
 rum suffragiis pro principalissima exosculamur, ob quam etiam in pri-  
 mitiva Ecclesia insigni hoc titulo fuit cohonestata, quippe quia  
 uni, soli & semper, adeoque in quarto modo propria est, per quam  
 etiam primo & absolutè separatur à cunctis hæreticorum cœtibus.  
 Quod etiam probè animadvertisse videtur Augustinus qui suo tem-  
 pore hoc nomen Catholicum sanè non in primam collocavit a-  
 ciem in pugnis cum hæreticis de veritate Ecclesiæ decertatoris, sed  
 Scripturæ S. consensus clypeo se primo muniens, nomen verò  
 ipsum post principia stare voluit. Ita enim ille contr. Epist. funda-  
 mental. cap. 4. postremo, ait, tenet me in Ecclesia Catholica nomen, quia  
 non sine causa inter tam multas hæreses ista sola Ecclesia hoc nomen re-  
 tinet, sed addit, quòd si fortè apertissimum aliquid de Manichæi Aposto-  
 latu in Evangelio inveniri poterit: Infirmabis mihi Catholicorum Auto-  
 ritatem, quo jubent, ut non credam: cui cum credo, non invenio, quomodo  
 possim etiam tibi credere. Et lib. de unit. Eccles. cap. 10. Nec Catholi-  
 cis Episcopis credendum, siquidem fortè falluntur, ut contra Scripturas  
 Canonicas aliquid sentiant.

X. Quæritur Tertio; An Catholicismus sive Universalitas sit  
 Ecclesiæ veræ affectio, & quidem perpetua? Supra quæst. 1. negavi-  
 mus Nomen Catholicæ esse Ecclesiæ sive nomen sive Epitheton:  
 hic verò esse Ecclesiæ aliquam aut denotare affectionem, affirma-  
 re non dubitamus. Quod tamen, quâ faciamus ratione, ulterius  
 declarandum est. Circa quæstionem secundam ostendimus Uni-  
 versali-



versalitem Ecclesie esse triplicem. 1. *Quidditatis* sive *essentie*, quatenus tanquam Vniversale quid comprehendit sub se omnes & singulas Ecclesias particulares. 2. *Quantitatis*, juxta quam Ecclesia tum est omnium locorum, tanquam quæ nulli loco affixa, sed per totum mundum se diffundit; tum omnium temporum, atque adeo tam in præterito fuit, & in futuro futura est, quam in præsentis est. 3. *Qualitatis*, quatenus totam, scriptis Apostolicis & Prophetis contentam fidem sive doctrinam fideliter suscipit & constanter retinet.

XI. Triplicem itaque istam Ecclesie Vniversalitytem in Quæstione proposita, & subiuncta affirmativa nostra sententia, non disjungi, sed coniungi volumus. Nam *Vniversalitys Quidditatis* sive *essentie* nequit, per se & sola, Ecclesie affectionem constituere. Quanquam enim Ecclesiam veram Catholicam sive Vniversalem à suis particularibus sufficienter distinguit: non tamen respectu Ecclesiarum falsarum ipsi propria est affectio. Manifestum siquidem est, quod falsæ Ecclesie suam etiam habeant Quidditatis Vniversalitytem, juxta quam vel ut Vniversale quoddam ex omnibus suis particularibus collectum vel in multis suis singularibus sive particularibus, considerari possit.

XII. Iam verò *Vniversalitytem Quantitatis* in respectu ad Loca, Tempora & Personas, talem quidem deprehendimus, quæ nec Synagoga Iudaicæ, nec hæresi aut falsæ Ecclesie ex toto competere queat; licet ex parte illæ sibi attribueri possint. Nam Synagoga Iudaica, quanquam in omnia tempora hætenus se extendit, in varia loca dispersa sit: non tamen ex omnibus Locis & personis collecta est, hodieque colligitur; quin & ipsa fatetur, locum sibi debitum non esse totum mundum, sed Palæstinam esse patriam suam, in quam reditum propterea sperat. At hæretici omnes post initia Novi Testamenti exorti sunt. Ecclesie autem falsæ sibi ipsis non constant.

XIII. Cum primis tamen *Vniversalitys doctrina Prophetica & Apostolica* Ecclesie veræ Novi Testamenti propria est. Iam quidem enim hodieque Iudaica Synagoga Mose & Prophetis gloriatur, sed & istorum doctrinam totam & incorruptam non habent, & Apostolos Domini repudiant. Sic tantum abest, ut hæretici totam doctrinam Propheticam ac Apostolicam integram sinceramque

3.

5.



ramque possideant, ut potius hæresium suarum ex scriptis Prophe-  
tici & Apostolici convincantur. Aliis Ecclesiis falsis doctrina  
Apostolica & Prophetica vel ignota est, vel non recepta.

XIV. Itaque quod supra jam indicavimus, non à se invi-  
cem sunt separandi Vniversalitatis isti modi, ne aliquis Ecclesiæ vel  
negandus sit, vel suum honorem amittat, sed coniungendi simul  
omnes, ut in complexu isto suo omnes splendeant, suum invicem  
splendorem communicantes & illustrantes.

XV. Quæritur Quarto; *An Ecclesia Lutheranò Evangelica  
nomen Ecclesiæ Catholice competat?* Ad quam quæstionem sine hæ-  
sitatione respondemus affirmando, Nomen Ecclesiæ Catholice  
omnino ipsi competere. Declaramus tamen mentem nostram ita,  
quod per Ecclesiam Lutheranò Evangelicam non intelligamus  
hoc loco has vel illas particulares Ecclesias, sed corpus istud Eccle-  
siæ totum, quod doctrinam fidemque, quam Ecclesiæ Lutheranò  
Evangelicæ amplectuntur, recipit.

XVI. Est namque doctrina Ecclesiæ Lutheranò Evangeli-  
cæ ipsa doctrina Prophetica & Apostolica. Atque esse, de-  
monstratum est hætenus prolixè & feliciter à Doctoribus nostratis.  
Deprehenditurque idem si omnes & singuli articuli fidei  
ex scriptis Prophetici & Apostolici examinentur. Quæ etiam  
ratio est, quare ullus in Doctrina error, à quibuscunque adversa-  
riis, nondum probatus, nec ullius hæresis Ecclesia nostra convinci  
hætenus potuerit. Ita habemus *universalitatem Qualitatis*.

XVII. *Vniversalitas* porro tum *Quantitatis* tum *Quidditatis*  
sive *Essentiæ* diu quærenda non est nobis, qui breves esse & volu-  
mus & cogimur. Paucis ita probatur. Vbi est *Vniversalitas* qua-  
litate Catholice Ecclesiæ, ibi est *Quantitatis* & *Quidditatis*. Nam  
etiam si *Vniversalitas* *Quidditatis* & *Quantitatis* à *Qualitatis* *Vni-*  
*versalitate* separari potest, ut th. II. dictum. Nunquam tamen  
*Qualitatis* *Vniversalitas*, ab *universalitate* tum *Quantitatis*, tum  
*Quidditatis* separabilis est in corpore Ecclesiæ toto.

XIIX. Proposuimus hætenus simpliciter, & quantum  
quidem nostrum institutum viresque permittunt, confirmavimus  
nostram de Catholicismo Ecclesiæ sententiam. Agendum paucis  
etiam erit, ut supra à initio promisimus, de *Pontificiorum* senten-  
tia.

B

tia.

30.

29.

28.

27.

31.

30.

30.

29.

39.

4.



3.  
tia. Pontificios namque hic habemus adversarios, qui Nomen Catholicorum ambiunt, sibi que ubi non conceditur, rapiunt.

XIX. Optarem equidem intimis suspiriis, ut doctrina illa antiquissima ad seram usque propagata fuisset posteritatem, & Catholicus inter Ecclesie Doctores consensus floresceret adhuc, qui temporibus illis Apostolicis vicinioribus florebat; haud litigaturi de nomine Catholici essemus. At heu postquam Arianismus, cum aliis hæresibus, per totum Ecclesie corpus gangrenæ instar serpere, & capiti in sublime erecto incedens nominis Catholici gloriam ad se transferre conatus est, invecata est cum Imperii, Ecclesie quoque miserabilis distractio. Inductus tandem denique ipse papatus, quo Romana Ecclesia se effrensus & sedium Patriarchalium, de jure Ecclesiastico institutarum, autoritate presâ sub appropriato titulo Catholicæ universali dominatu in omnes cæteras Ecclesias sibi rapto, sola audiri voluit. unde factum, ut non de nomine solo, sed de re inprimis, Doctrinæ Catholicæ & fidei orthodoxæ disputandum sit.

XX. In adducendis variis pontificiorum autoribus per pagellarum exiguam capacitatem haud operosioribus nobis esse licebit, interim tamen unum atque alterum ex gregariis huic vexillo additis militibus adducemus, ne ipsis iniuriam facere videamur, si verba eorum, Autores autem minus allegaverimus.

XXI. *Primo autem circa Nomen Catholici ita occupati sunt Pontificii, ut hoc Ecclesie sive Nomen sive Epitheton constituent, ex quo ipsa Ecclesia cognoscatur non tantum, sed & verus Christianus, se Catholicum probet. Quasi vel Ecclesie Catholicismi, vel Christiano Catholici, nudum nomen sufficeret. Et ipsum nomen istud veræ Ecclesie verorumque Christianorum notam faciunt. Sic namque Bellarminus de not. Eccles. c. 4. Prima, inquit, Nota (Ecclesie veræ) est ipsum Catholica Ecclesia & Christianorum nomen. Thomas Henrici Profess. Friburg. ordinem Epithetorum in Symbolo Apostolico & Niceno observatum secutus idem Nomen tertiam Ecclesie notam facit.*

XXII. De fundamentis, si quæris, respondent nihil aliud quam ut vulgò solent, dum videlicet vident, se Scripturis S. nihil pro ipsorum sententia suffragari posse, confugiunt ad Patres, & plerumque, quod addendum, dum ipsorum monumenta producant,

non



non allegant autores antiquissimos, sed qui ad minimum secula duo à Christo nato vixerunt. Ita & hic loci adducunt *Augustin.* quem se Catholicum appellasse garrunt; allegant etiam eius verba, qui quodam in loco dixerit: *velint nolintve ipsi quoque Heretici, & Schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicum nihil aliud quam Catholicam vocant, qua ab universo orbe nuncupatur.* Ita *Thomas Friburg.* pag. 43. *Bellarminus* autem de Not. Ecclesie cap. 4. 4. scribit. *S. Augustinus docet libro contra Epistolam fundamenti, cap. 4. etiam si omnis heresis velit videri, & dici Catholica Ecclesia, tamen cum interrogantur heretici à paganis. ubi ad Ecclesiam Catholicam conveniatur, nemo audet domum suam ostendere.* Et *Cyrillus Catech.* 18. dicit: *si iveris in aliquam urbem, non petas ubi sit Ecclesia vel Domus DEI; nam etiam heretici dicunt, se habere Domum DEI, & Ecclesiam, sed petas, ubi sit Ecclesia Catholica; id enim nomen proprium est huius sancte Ecclesie matris omnium nostrum; quasi dicat, si hoc petas, nullus hereticus suam Ecclesiam ostendet.* Quibus *Pacianum* etiam addit.

XXIII. Respondemus I. ad ipsam Pontificiorum sententiam.

Si utique concederemus ipsis, nomen Catholicismi aliquando fuisse, aut potuisse esse Ecclesie & verorum Christianorum aliquam notam; tamen non potuit amplius esse nota, postquam hereses varie exorta sunt. Nonne enim etiam heretici sibi nomen istud arrogarunt? non minus, quam Pontificii hodiè faciunt. Certè *Augustinus* expresse dicit, omnem heresin voluisse videri & dici Catholicam Ecclesiam. Quare cum multi nomen sibi arrogarent, ipsum nomen veram Ecclesiam ostendere non poterat: sed in rem ipsam eundem erat, videndumque cui res nominis recte comperet.

XXIV. Respondemus II. ad testimonia Patrum i. in genere:

Quid ista ad Papismum pestilentem hereticorum luem? ita quidem olim benè dixerunt Patres de sui seculi conditione, de hereticis: An hodiè idem dicendum, & nobis nullum suppetit nomè, quo discernamus falsam à nostris Ecclesiis? imò verò plura, quàm papicolis gratum est. Discrimè evidens est inter Ecclesias, si nostras Evangelicas, *Augustinæ* confessioni invariatae addictas; Illas Papisticas, Anti-Christianas appellavero, dixeroque A catholicum idololatricum papatum





patum. sic enim à corpore Ecclesiæ Mystico quod sese diffundit per totum orbem terrarum, segregatur, per vitiosum illud malum, quod velut pestilens quidam morbus eidem adhærescit. Augustini ergò autoritas nihil hac in re patrocinatur.

XXV. *In specie 2.* Et quidem (1) ad Augustini verba (quæ habentur Tom. 1. oper. lib. de ver. Relig. c. 7) *velint nolintve ipsi quoque heretici, & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicum nihil aliud quam Catholicam vocant*: dicimus, non sine fraude citari Augustinum mutilatum. Antecedentia verò & consequentia si coniungantur: quid erit, quod pro Pontificiis militet? Ita autem sonant. *Tenenda est nobis Christiana religio, & eius Ecclesiæ communicatio quæ Catholica est, & Catholica nominatur, non solum à suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintve, ipsi quoque heretici, & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicum nihil aliud, quam Catholicam vocant.* Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur. *Huius religionis sectandæ caput est historia & Prophetia dispensationis temporalis divina providentiæ pro salute generis humani in æternam vitam reformandi atque reparandi.* Ubi r. manifestum est, Augustinum non solum nomen, sed rem simul respexisse: unde dicit, *quæ Catholica est, & Catholica nominatur.* Quare verò non dixit, tenendam doctrinam eius Ecclesiæ, quæ Catholica nominatur, & quare præmisit, quæ Catholica est? nisi quia ante omnia videndum est, an sit Catholica; non tantum, an Catholica nuncupetur: & quia nomen Catholice non sufficit ad designandam Veram Ecclesiam. 2. cum dicit: *Huius religionis sectandæ caput est historia & Prophetia*: hoc ipso ostendit, quæ sit vera Catholica Ecclesia, nimirum cuius doctrina est ex historia & Prophetia scil. Veteris Novique Testamenti. Quam egregiè scil. hoc in Pontificiam Synagogam quadrat! 3. Probat hoc Augustinus de Ecclesia sui temporis & orthodoxa, quod per totum orbem nuncupata fuerit Catholica, quæ & fuerit: adeò ut intelligi quis non potuerit, nisi ita vocaret. Quem honorem isti Ecclesiæ libenter concedimus, & laudamus tempora, quibus vocabulum non in abusum abstractum fuit. Sed inde sequitur minimè, eundem honorem Ecclesiam quovis tempore obtinere, nec in abusum prævalentem vocabulum abire potuisse.

XXVII.



30.

29.

28.

31.

30.

29.

30.

4.

XXXVI. Ad locum *August.* ex lib. contra Epist. Fund. c. 4. à *Bellarmino* citatum, dicimus, nomen Catholicæ Ecclesiæ cum aliis vinculis, quæ vocat, propter quæ, dum veritas illustretur, homo credens in Ecclesia Catholica manere debeat, coniungi: sed non dicere Augustinum, notam esse, ex qua vera Ecclesia agnoscat. Atqui diversissima sunt, in Ecclesia aliqua manere, dum veritas illustretur, & ipsam veram Ecclesiam cognoscere. De hoc, non de illo nobis est disputatio. Præterea Augustinus expressè dicit, Veritatem doctrinæ probatam, plus valere quam omnia ista vincula. *Apud vos autem, scribit, ubi nihil horum est, quod me invitet ac teneat, sola personat veritatis pollicitatio, quæ quidem sit tam manifesta monstratur, ut in dubium venire non possit* (NB.) *præponenda est omnibus illis rebus, quibus in Catholica teneor.* Tandem itaque tantum laudat bonum vocabuli usum adhuc prævalentem.

XXVII. 3. Ad *Cyrrillum Hierosolymitanum* dicimus, nobis non obstat similiter. Nam 1. rursus de usu vocabuli loquitur, qui tum adhuc bonus erat. Et designat per vocabulum Catholicæ veram Ecclesiam non ex ipso nomine nudo, sed ex usu vocabuli: sicut hodiè (2) dicere possum; si iveris in aliquam urbem non petas, ubi sit Ecclesia vel Domus DEI, nam etiam Antichristiani dicunt se habere domum DEI, & Ecclesiam: sed petas ubi sit Lutherana Ecclesia; id enim nomen proprium est huius sanctæ Ecclesiæ, matris omnium nostrum. Ubi nomen Lutherana veram Ecclesiam designat, quod ex usu temporum ei detur, non per se eam demonstrat. Similia ad *Pacianum* satis recentem dici possunt.

XXIX. *Secundò. Quare Ecclesia Catholica vocetur, qua ratione Pontificii explicent, videbimus ex uno atque altero Scriptore Pontificio.* Inter hos choream ducit *Bellarminus* Cardinalis ille *Jesuitarum* haud obscurè notus, qui existimat Ecclesiam dici Catholicam, lib. de notis Ecclesiæ, *quia semper illa fuit & semper futura est. cap. 7. addit amplitudinem & varietatem Credentium.* Ita enim scribit: *Ecclesia verè Catholica non solum debet complecti omnia tempora, sed & omnia loca, omnes nationes, omnia hominum genera. quoniam Vincentius Lyrinensis in suo commentario docet, illos proprie Catholicos esse; qui teneant id, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum est.* A cuius sententia haud latum unguem discedere videtur *Tannerus* part. 2. *Anatom. August. Conf. demonstrat. Ubi*





significat, inquit, nomen Catholici certam quandam conditionem & proprietatem Ecclesie Christiana, nempe universalitatem locorum & temporum. Item Gregorius de Valent. lib. 6. analyf. cap. 4. Ecclesiam, scribit, nominari Catholicam. 1. Ab universalitate doctrine, quam proficetur. continet enim materiam uberrimam de DEO & creaturis. ubi in margine descriptum, causa precipua, cur Ecclesia dicatur Christi Catholica. (2) ab universalitate loci, (3) ab universalitate temporis. (4) ab universalitate hominum, quoniam ad eam homines universi cuiuscumq; sint sexus, aut aetatis, aut conditionis colliguntur. Atque hæc sunt rationes potissimæ Pontificiorum, quas isti producunt, rationes, ob quas Ecclesia dicatur Catholica. quibus recentiores etiam Jesuitæ subscribunt,

3.  
XXIX. Verba mollia sunt; videantur simplicibus fortè idem, quod nos supra ostensuri diximus, dicere. Sed id quod potissimum est, homunciones isti omittunt, aut corrumpunt, sc. universalem consensum cum doctrina Prophetica & Apostolica: qui demum rem totam cõficit. Equidem Gregorius de Valentia, missis aliis nugivendulis, non minus ac nostrates universalis Doctrinæ mentionem facit, ne anguem in herba latitantem animadvertamus, sed suo se forex prodit indicio, dum verba sequentia annectit; Continet enim materiam uberrimam de DEO & creaturis. nimirum non intelligit bonus iste Jesuita, per phrasin universalis Doctrinæ, universalem consensum cum doctrina Prophetica ac Apostolica, à quâ πρώτος Ecclesia universalis denominatur, verum tantum universalitatem seu amplitudinem obiecti: quod doctrina Ecclesie sit uberrima, eò quod DEVM & Creaturas comprehendat. Genuinum ac Nativum adeoque verum Catholicismum in universæ doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ professione ἑγγράφως consistentem intactum relinquit, pisce multior est.

XXX. Quod Tertio attinet, An Catholicismus sit vera Ecclesie affectio: facile in hoc conveniremus cum Pontificiis, si idem per Catholicismum nobiscum intelligerent. Affectioem namque Ecclesie esse, supra ipsi cum Nostratibus affirmavimus. Sed Pontificii per Catholicismum vel solam intelligunt durationem, multitudinem & amplitudinem, vel doctrinam non addunt aliam, nisi quam ex inmundis papæ uberibus sugunt. Ubi durationem, mul-



multitudinem & amplitudinem non sufficere ad constituendum Ecclesiam veram affectionem ; & per doctrinam portò pontificiam corrupti afferere non veremur, sicut & ipsa doctrina Pontificia corrupta est.

XXXI. Nam Bellarminus de Eccles. Mil. lib. IV. cap. VI. Durationem exponit per splendorem visibilis Ecclesiam perpetuum : eum tamè ad Ecclesiam invisibilem referri debeat. Sic enim scribit: *Nostram Ecclesiam esse veram Ecclesiam probari potest etiam hoc argumento ; nam ante Lutheri tempora, non erant in mundo, nisi hæ Religiones, Paganismus, Hussitarum heresis, & Romana Ecclesia ; sed certum est, non fuisse veram Ecclesiam Christi apud ullam ex prædictis sectis, ut etiam Lutherani fatentur. ergo fuit apud Romanam Ecclesiam, aut certè periit de mundo omnis vera & visibilis Ecclesia. quasi verò de visibili Ecclesia disputetur, aut Catholica Ecclesia nihil aliud sit quam visibilis.*

XXXI. Jam verò de amplitudine Ecclesia & credentium multitudine, c. 7. hæc habet: *Ecclesia verè Catholica non solum debet amplecti omnia tempora, sed & omnia loca, omnes nationes, omnia hominum genera. Sic enim explicat, quid sit, esse Catholicum, Vincenzius Lyrinensis in suo commonitorio, ubi dicit : eos propriè esse Catholicos, qui tenent id, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum est. quasi verò, inquam, Vincenzius Lyrinensis nobis contrarietur. Sine dubio hoc vult, semper, omni tempore Ecclesiam ; ubique, ubi Ecclesia per orbem terrarum extitit ; ab omnibus, verè Christianis. Quis negat hoc ? Ipse Bellarminus mox etiam annotat, ut sit Ecclesia Catholica, non requiri, ut sit in omnibus hominibus & provinciis, & in omnibus fructificet, ita ut in omnibus provinciis aliqui sint de Ecclesia ; Et postea, non requiri, ut hoc fiat simul, ita ut uno tempore in omnibus provinciis necessario esse oporteat aliquos fideles. Satis enim est, si fiat successive.*

XXXIII. Hoc gladio se ipsum Jesuita jugulat. Hoc libenter simplicioribus persuaderet : hoc tempore Ecclesiam Catholicam esse illam, quæ sit amplissima & in omnibus locis existat. Atqui dicit sufficere, ut in omnibus provinciis sint aliqui fideles successive. Unde sequitur, sufficere, si Ecclesia, quæ hodiè est Angu-

stissima



stissima successivè ab initio N. T. hucusque in omnibus provinciis extiterit aut innotuerit. Quod verò de Ecclesiis Lutheranis Evangelicis Apostolicam doctrinam retinentibus affirmare non dubitamus. Et frustraneus conatus est, quando postea operosè probare conatur, inde à temporibus Apostolorum in toto mundo fructificare cepisse Ecclesiam, & ad hæc usque tempora in toto mundo aut maxima eius parte inventam esse. Planè enim oblitus est, antea scripsisse, non opus esse, ut uno tempore in omnibus provinciis sint aliqui fideles. E. in primis hoc tempore non opus est, ubi Ecclesia consenuit.

XXXIV. Quarto & tandem, omnibus laborant viribus, ut nostram Ecclesiam non esse, suam esse Catholicam probent, omnè lapidem moventes, ut nomen Catholicæ Ecclesiæ suæ *ἐκνομήσας* ita dictæ sartum tectum tueantur ac posteritati tradunt. Audi Thomam hic Friburgorum Doctorem, quam alto ingressu, incedat: quanto furore percitus intonet? pag. 43. *Siper Catholicum*, inquit, *intelligitur Ecclesia illa, quæ docet, quod semper quod ubique per totum orbem terrarum creditum est, sequitur quod Ecclesia Adversariorum nostrorum (Lutheranos simul intelligit) non sint Ecclesia, quia neq; semper sunt, neq; ubiq; fuerunt, sed à paucis his annis orta, paucarum provinciarum angulis includuntur.* ulterius progrediendo, velut Plautinus Thraſo cristis erectis stomacho minis concitato pergit; *Jam verò Ecclesiam Romanam, per omnia tempora & mundi nobis nota loca diffusam esse, inquit, docent partim monumenta antiquorum, partim ipsa nobis præſens experientia, si enim aliquando illa Ecclesia defecit omnium etiam aliorum defectus his circumstantiis ostendi possunt.* Hæc ille. Cui nos breviter; Pontificiam Ecclesiam nominatenus Catholicam esse, non ipsa re.

XXXV. At Thomas negat Romanam Ecclesiam solo nomine, ut nos dicimus, sed re ipsa esse Catholicam, eo quod Catholica Romana Ecclesia per omnia tempora & loca mundi sit diffusa, adeoq; nos injuriæ postulat, cum potius nostra, solo nomine, si hoc nomine utatur, ita dicenda sit, eò quod non semper fuerit, neq; per omnia loca mundi sit diffusa. Catholicum autem re ipsa esse juxta etiam *Lyrinensem* citat: pag. præced. quod per omnia tempora & loca mundi diffusum est. allegat etiam locum *Matth. 24.* ubi itidem dicatur Evangelium esse prædicandum per totum orbem.

XXXVI.

3.

6.



30.  
29.  
28.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.

XXXVI. Resp. (1) Planè nullam ipsis facimus injuriam, sed quod res ipsa est, dicimus. Nam quod ipsis nobilis hæc affectio non conveniat, pridem à Nostratibus probatum est. Videamus autem rationum Thomæ robur, cui fucatum suum Catholicismum superstruit, dum scilicet Romanam Ecclesiam, non tantum nomine sed re ipsa Catholicam esse, conatur probare. Illud autem consistit in diuturnitate & amplitudine temporis locique seu, quod idem est, quia per omnia tempora & loca mundi diffusa est. supra iam diximus, quæ hic sufficerent. Sed in gratiam novi Doctoris vel addamus aliquid, vel priora repetamus. Si verò inquam, illud tantum sit Catholicum, quod per omnia tempora & loca mundi diffusum est, quod absolute loquendo ab omnibus omnium temporum hominibus est retentum, tum nihil erit Catholicum, quia non potest inveniri talis omnium hominum in una aliqua Religione consensus. Et quid Thomas respondebit Bellarmino lib. 4. de not. Eccles. cap. 7. cujus verba omnino repetere non piget, has autem ponit observationes: *Vt Ecclesia sit Catholica non requiritur, ut sit in omnibus hominibus hujus mundi, sed tantum ut innotescat omnibus provinciis, & in omnibus fructificet, ita ut in omnibus provinciis aliqui sint de Ecclesia; item non requiritur, ut hoc fiat simul, ita ut in omnibus provinciis uno tempore necessario oporteat esse aliquos fideles, satis enim esse si fiat successive, ex quo id sequitur (inquit.) quod si una sola provincia retineat veram fidem (nota optimè) adhuc proprie diceretur Catholica, dum modo clare ostenderetur eam esse unam, & eandem cum illa, qua fuit aliquo tempore, vel diversis in toto mundo.* Hæc clare ostendunt, ad Ecclesiæ Catholicismum non requiri, ut quovis in loco ipso actu inveniatur, atque ut omnes nationes & provinciæ, simul & uno tempore illi accedant, sed Ecclesiam nihilominus manere & esse Catholicam, si vel una saltem provincia veram & Catholicam fidem retineat.

XXXVII. (2) Repono Canonem illum Logicum, *Quantitatis nulla est efficacia h. e. loci & temporis*: Si Ecclesia Catholica illa dicenda est, quæ passim terrarum nullo loco excluso diffusa ac plantata est, tum (1) dico, nullam Religionem magis fore Catholicam, quam Atheismum, Epicureismum, hominumque perditorum gastrolatriam. Hæc enim omnium terrarum & nationum orbem pervagantur. Quid? Quod hac ratione nec Machu-

C

meti-



metistæ, mali essent Catholici, quia Machumetismus pro-  
vincias, regiones ac regna amplissima in Oriente occupavit, imò  
ipsi insuper pagani temporibus Apostolorum hoc objicere pote-  
rant, se tenere id, quod semper à longissimo temporis tractu à  
plerisque omnium populorum & locorum hominibus fuit Credi-  
tum ( 2 ) dico definitionem *Lyrinensis*, hac ratione potius pro no-  
bis, quam contra nos stare, prædicata enim illa, quod semper quod  
ubique ab omnibus creditum est, de nostra dici Ecclesia non de papæ,  
utpote que non magis Catholica est, quam (verba sunt D. D. *Dannhau-  
ri* Hodom. phantas. 2. pap. 423. ) *Simon Magus* μεγδλη Θεῶν δύναμις,  
*Diana Ephesinorum numen magnum, nostra enim sententia Apostolicus  
sonus Americas penetravit.* Conf. hac de re plura in citata Hodom.  
papæ D. *Dannhaueri* Præcept. ac Patr. mei æternum devenerandi.

XXXIIX. Merito etiam hic vellicaretur auris *Thoma*. Omit-  
tit enim illud quod ad constitutionem Ecclesiæ Catholicæ velut  
principale ac præcipuum requiritur, uti suprâ thes. 13. monuimus,  
nempe id demum Catholicum esse quod semper quod ubique cre-  
ditum est, juxta normam ac Regulam fidei ac verbi DEI scripti à  
Prophetis ac Apostolis, hanc necessariam partem nostris Ecclesiis  
nullo modo negare poterit. De sua autem Ecclesia hoc dici posse  
ad Græcas Calendas demonstraturum sat scio.

XXXIX. Quod autem oggannit Doctor, & cum eo  
hodie omnes papistæ, Ecclesias nostras ante paucos annos esse exor-  
tas, id verò, si Bellarmini voce uti licet, mendacium est, siquidem  
cum Ecclesia Christi & Apostolorum orta, sub papatu anxie pressa,  
his ultimis autem seculis juxta vaticinià Apocalyptica, renovata  
tantum est ac restaurata. Caulumnia ergo est, quando garriunt  
ante paucos annos nostram Ecclesiam esse exortam, non argumen-  
tatio. Nos equidem hæcenus nunquam negavimus Ecclesiam per-  
petuo duraturam, quamvis magna cum graduum, quoad purita-  
tem, diversitate. Manet nihilominus Ecclesia Catholica, etiam si ubi  
lateat, ignoretur, etiam si à malitia Satanæ & ejus σωεργω Antichri-  
sto, ita prematur, ut tamen non penitus deprimatur. Quod lucu-  
lentissimè testatur Sacra divini codicis litera, utpote quæ Exempla  
nobis à vera fide defectionum proponit innumera, nihilominus  
tamen mansisse veram Ecclesiam Catholicam, nihil enim nunc  
dicam de tempore Cathaclysmi, de ævo Patriarcharum, nihil de  
angu-



angustiis Eliæ, nihil de tenebricoso seculo, quando Sol justitiæ  
Christus IESVS exortus est, illis tamen seculis Ecclesia arctissi-  
mis constrictissimisque cancellis circumlimitata erat, mansit ni-  
hilominus tamen Catholica. Quid dicemus de tempore invalen-  
centis Arianismi, Papismi, credebatur utique non minus ac hodie,  
eò quod doctrina & fides quam profitebatur erat Catholica.  
Sic illo tempore etiam si ignoremus, ubi in particulari & apud quas  
fuerit Ecclesia nostra, certum tamen est, ac de fide Catholica credi-  
mus superioribus illis seculis Ecclesiam; nostræ consanguineam  
extitisse, quod indaginis est historicæ, ad cuius editionem nos nullo  
jure adstringimur; fœculentum ergo est mendacium nostram Ec-  
clesiam esse ante paucos annos exortam, cum quemadmodum au-  
rum sordibus obductum aurum manet, nec, cum à sordibus defe-  
catur sit quod antea non erat sed tantum magis enitescit, quod la-  
tuit, sic, etiam si Ecclesia nostra ad tempus latuerit, tamen postea  
per Divinam gratiam denuo revocata ac in lucem protracta, pristinæ  
que suæ puritati restituta est.

XL. Nec pili etiam alteram facimus priori confinem ca-  
lumniam ac cantilenam Pharisæicam, qua dicitur, Ecclesiam no-  
stram in paucis angulis latere; cum Christo Ecclesiæ nostro Spon-  
so idem acciderit ab hominum turgidorum Pharisæorum grege.  
Sed hic ante omnia animadvertenda est inverecundia *Thomas Fri-  
burgensis*, qui manifestè audet contradicere Cardinali *Bellarmino*  
in faciem, in præf. primo Controv. Tom. præfixo sic aienti: *Quis*  
*ignorat pestem Lutheranam* (hoc enim fuit papatui, quem ferme  
totum exedit & consumpsit:) in Saxonia paulo ante exor-  
tam, mox Germaniam pene totam occupasse, inde ad  
Aquilonem & Orientem profectam, Daniam Norve-  
giam, Sueciam, Gothiam, Pannoniam, Hungariam ab-  
sumpsisse; tunc ad Occidentem & Meridiem PARI-  
CELERITATE delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam  
floquentissima quondam regna, BREVI TEMPORE  
populata; ad extremum *Aspes* & in Italiam transcen-  
disse. Hæc omnia si vera sunt, mendacium esse necesse est,  
quod hic *Thomas* pag. 44. asserit: Nostras Ecclesias paucarum



provinciarum angulis includi. Deinde, esto; sit paucarum provinciarum angulis inclusa, anne propterea desinet esse quod antea fuit? nihil minus, Salvatur enim Ecclesie Catholicismus in tribus tantum, in fide orthodoxa convenientibus personis, quare perquam scite sarcasticam hanc contumeliam verbis Liberii Episcopi Romani vetundimus, cui, cum Constantius Imperator Arianus paucitatem suorum sociorum exprobraret ac diceret: quota pars tu es orbis terrarum, qui solus facis cum scelerato (Athanasio) & nobis terram & mundi totius pacem dissolvis? Respondit ille: non diminuitur solitudinè mea verbum fidei, nam & olim tres tantum inventi fuere, qui edicto resisterent, *Theod.* lib. 2. cap. 16.

3.  
XLI. Inanissima igitur vanissimaque sunt Pontificiorum levia ac cruda illa convitiatorum epitheta, quæ turmatim quasi in nostram jaciunt Ecclesiam; nostram Ecclesiam esse novam latere eam in certis provinciarum angulis, eam aliquando, ut non fuit, ita rursus interituram esse, quæ omnia tam vera sunt, quam verum est, illud nostræ Ecclesie *Κεϋήγιον* Verbum Domini aliquando non fuisse, desituram item aliquando. Doctrina enim nostra, uti appositissime in loco quodam B. Noster Megalander (Lutherus) dixit, est mere Verbum DEI, hoc est merè ex verbo DEI extracta quo stante stabit & hæc nostra. Quare cum eam teneamus doctrinam que ab Apostolis per universum mundum est annunciata, quæ ab omni ætatis sexus & conditionis hominibus est recensita omnibus seculis im pari licet splendoris gradu luxerit; ob *ἀποστολικήν*, propter oraculorum Apostolicorum veritatem; eventum suum consecutam, verè est Catholica & nose ejusdem doctrinæ cultores verè sumus Catholici. Quod sacratissimum *κεϋήγιον* ac depositum quo ita veneremur ac colamus, ut ad seram usque posteritatem (si quæ speranda) propagetur. DEVS Opt. Max. sine cujus numine nihil est in homine, Spiritus sui Sancti gratia hoc in nobis confirmare ac sanctificare dignetur, nosque in fidei veritate conservet, sermo ejus veritas est, Papæ verbum mendacium, Illi sit gloria, huic confusio.

T A N T V M.

Eximio



30.

29.

28.

31.

30.

21.

39.

4.



*Eximio Dn. Respondenti.*

**D**ifferis egregiè, quæ vera Ecclesia Christi,  
Quæque sit in terris dedita turba DEO.  
Ardua, quam tractas, res est ac utilis. Opto  
Adspiret cœpris sanctus Iova tuis!

*Gratulabundus scrib.*

Johannes-Schmidt, SStæ Theol. Doct.  
Prof. Ordin. Conventus Eccles. Præses  
& h.t. Academiae Rector.

*Per Eximio Dn. Respondenti.*

**V**T benè succedant, sint ut tibi singula salva,  
Ut de te possit pia Transylvania fructus  
Demetere, atque inter Zizania vivere lata,  
Catholicis imbuta bonis, ego pectore toto  
Promit roq, precorq; DEVS rata præset, agatq;  
Vota, suis ut sint pro voto prospera fatis.

*Applaudebit*

Joh. Conrad. Dannhauer, SS. Theol. D.  
Profess. Ordin. h.t. Facult. Theolog. DECANUS.

*Præstantissimo-Literatissimoq;*

**DNI. RESPONDENTI meo.**

**E**St Tuus in studiis ardor laudandus, & idem,  
ANDREA, quondam proderit, aio, Tibi.  
Det Tibi successum Domini Clementia largum,  
Spiritus æthereus Dux Tibi Luxque fiet!

*gratul. fo.*

*Exercitii*

*PRÆSES.*

*C 3;*

*Vige:*



**V**erge opus ANDREA, & properis successibus imple  
Spes Patrias; meritis premia digna cadent.  
Spiritus ille DEI studiorum Doctor & Auctor  
Dirigat ad cultum dona decora sui.

amoris E.

apposuit

Jacob. Schaller, Theolog. D.  
ac Phil. Pract. Prof.

**D**um per Sarmaticos campos sua distrahit arma  
Dacorum Dominus, Dux tuus ille potens;  
Tu bellum discis, non Marte, sed arte gerendum;  
Quo fidei pessum pessimus hostis eat.  
Stringere sic sacros gladios modo pergito. Quos te  
Cote Palæstina quondam acuisse, ferunt.  
Ense suo proprio Goliathos funde, juvaque  
Ægypti spoliis optima castra DEI.  
Ut, cum Jesuitis, te sic vixisse, patefcat;  
Isacides sicut cum Duce vixit Achi.

Baltasar Scheid, Theol. D.  
L.L. Orient. Prof.

STEPHANVS ANDREÆ

Anagr.

SANE ARDVA PETENS.

**N**Vper, Amice, Tui simplex Anagramma petebas  
Nominis: En! id habes. Esto Anagramma ratum.  
Per longos illud poterit diducere versus  
Ditior Ingenii cui sua vena fluit.

ἀντοχηδία εὐγνωμοσύνη

M. Johannis Henrici Rappi.

**N**on nihil est, vigili quæ sunt congesta labore,  
in publicum producere,  
Quæque videbantur placuisse statuta, tueri,  
quod laude præstas optimâ

AN-

3.

6.



ANDREÆ, ingenuos alacris dum assurgis in ausus  
Catholicissimum ventilas.  
Grandis ut ut labor est, magnum conamen? & inde  
magnum effluet semper decus.

*allusio beneSoli affectus testandi st.*

Simonis Ioannis Rihelii  
Cibinio Transylvæ

**N**un ist zum fünftenmahl dieselbe zeit gekommen/  
Darinn die kurze Nacht an Wagß-thumb zugenommen/  
Als du Herr Bruder dich auß deren statt gemacht/  
Die dich an dieses liecht zu dieser Welt gebracht:  
Da du dein Vatterland nun also hast verlassen/  
Kamstu auf Riawenburg die künste zu erfassen:  
Auf die berühmten Schul/ also der Pápstler lehr:  
In sollem schwange gehr; Du warest ohngefahr.  
Nicht gar ein Jahre dort bey ihnen so geblieben/  
Als dich der Jesuit schon sehr streng an zu lieben/  
Der Gatzmang welcher dort ward trefflich hoch geacht:  
Der glaube gänzlich auch er hab dich schon gebracht.  
Zu ihrer falschen lehr: sie legten dir viel stricke/  
Damit sie dich von G o z z vnd deinem häßten gluffte:  
Durch list brächten hin/ sie schwägten dir viel für  
Vom glauben vnd der lehr/ du glaubtest es auch schier//  
Vnd wärest mit Leib vnd seel also zu grunde gangen/  
Wann nicht der hözste G o z z ein brünstiges verlangen:  
Zu dir geragen hett/ vnd dich auß ihrer hand  
Vnd falscher lehr gebracht zu vns ins teutsche land.  
Vnd weil du schon sehr viel von vnser schul vernommen/  
So warstu gleich zu vns nach Straßburg her gekommen/  
Da du in solcher zeit (dem hözsten sey gedanckt)  
Die rechte reine lehr vnd freye künst erlangt/  
Von welcher willen du so weit schon bist gezogen/  
Du hast die häßte kraft von vnser schul gezogen;  
Nun siehstu mehr als wohl mein viel vertrauter freind/  
Daß aller Pápstler lehr recht wahr zu sein nur scheint:  
Was du hier klüglich hast von ihrem thun geschrieben/  
Das würd der Musen-schaar viel mehr als wohl belieben:

DR

30.

29.

28.

31

30

29

30

4



Ob schon der Pappstler hauff darwieder schraubt vnd rohet  
So ist es doch bey vns vnd anderswo belobt :  
- Mich dünkt ich sehe schon wie Gatzmann wird er stuzen  
Wan er hier lesen würd wie du die Pappstler truzen  
Vnd wiederlegen kanst; Er hette nicht gemeint  
Dass ihrer lehre du noch soltest werden feindt :  
Dein Werthes Hermanstatt das wird nach dir verlangen/  
Vnd nach verdienste dich Herr bruder auch empfangen :  
Drum eyle dapper fort vnd bleib auf dieser bahn  
So wird mein freind dein Ruhm sich schwincken himmel an.  
Zu schuldigen Ehren/and färtigen dienstbezeugnis  
gegen seinen Werthen und getreuen Freind  
Stephano Andreæ in eyl aufgesetzt von  
M. Ernst Bogischlaff Roscherosch/  
der Heil. schrift bestiffenen.

*Præstantissimo atq; Doctissimo*  
DN. STEPHANO ANDREÆ,  
Amico suo longè dilectissimo,  
de Catholicismo Ecclesiæ  
publicè disputanti,

3.  
*ANDREÆ tua scripta probant, quod peccore toto*  
*Catholicus es & non catholicos improbas :*

*ANDREÆ, si pergis, amor tua scripta sequetur*  
*Catholicus, & catholica laus & gloria.*

Debiti honoris & sinceræ amoris E. adiecit

M. DANIEL KECK, Argent. SS. Theol. Studiosus.

**C**atholicum quid sit? quæ vox? ab originine quânam  
Descendat? quibus hæc sit capienda modis?

Catholicas fraudes, laryas, mendacia, nugas,  
Et, quæis stat, reliquos, Roma nociva, dolos

Disquisis: rectè, sed nosse, aut posse decenter  
De rebus fari: splendida verba dare;

Haud satis est: firmo, mentis præcordia, scuto  
Stent obsepta, Orci non violanda malis.

Vtrumque i præsta (pulchrum conamen) *Amice,*  
Catholicum nomen discute: facta proba:


Quæq; gregis Christi; quæ sint solemnia *Papa*  
Vt videat laudes, *Dacia* grata tuas.

*Siucero Cordis adfectu adposuit*

Johann. Wernerth Streitfurto Transsylvanus.

F I N I S.







3.

6.








3.

6.









3.

6.














the scale towards document

\*\*\* (1) \*\*\*

EPISTOLAM  
TI APOSTOLI  
LI AD EPHESIOS.  
SITIO LITTERALIS.  
PROOEMIUM.

Ephesus prope Caistrum fluvium & mare Icarium sita Ionix, quæ totius Asiae minoris metropolis ab Androclo Codri regis Atheniensium filio primū condita fuit, ut memorat Strabo lib. xiv, variis antiquitus dicta fuit nominibus, ut apud eundem & Plinium lib. v. c. 29. Phienam appellari volunt. *Est emporio, eorum, quæ sunt intra Taurum maxime Dianæ, quod in ea urbe vastissimum & in erat, ut inter miracula numeraretur, Plinius lib. xxxvi. cap. 14. Magnificentia aut templum Ephesie Diana ducentis viginti Asia. In solo palustri id fecere, ne terra motus meret. Rursus ne in lubrico atq. instabili fundocarentur, calcatis ea substravere carbonibus. Univerſo templo longitudo est ccccxxv. pedum viginti: columna censū viginti septem & LX. pedum altitudine. De simulacro au-*

A t cm